



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Catharina Sueca V. 22. Martij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

194 VITÆ SANCTORUM. 22. Mart.  
in primis oracula dedisset, famâ, & discipulis orbem impleisset, sibi etiam denique vates sepulchrum parari iussit, & inter suorum manus, ut Ducem decebat, stans oppetiit. Mox duo Magistrum capere viderunt in cælos viam, amplam illam & veste pulcherrimâ stratam, multisque luminibus coruscantem. Eam tunc nescio quis Cælitum viam Benedicti; D. Bernardus illius leges dixit; ut jam mirum non sit, si eandem tot Pontifices & Reges calcarunt. Nam viam ad cælum expeditam & jucundam quærebant, vel mundo Doctore. Ex S. Greg. M.

*Illud Sathanae opus est, ut cogitationes arantis in infinita jaculetur, nec sinat hominem in ea persistere postulatione, quam impetrare contendit. Novit quippe, quod si perseveret deprecans, exaudiet eum, qui fecit illum, etsi innumerabilia peccata admiserit. S. Ephrem in Pan.*

S. CATHARINA SUECA V. 22. Mart.

**I**Nfans CATHARINA respuit impurarum nutricum ubera, castarum ambiit, Veneris jam in cunis hostis. Puella pupas tractavit; sed cum pupas induti daemones verberarent dormientem, etiam has sibi Venerem iussit habere. Viro nupta dotem virginitatem attulit, & artham virginitatem vicissim ab ipso accepit; quæ ut tuta in thalamo etiam dor-

22. Mart. VITÆ SANCTORUM. 195  
miret, humi hunc stravit, vilibusque pan-  
niculis, licet è principe familiâ esset, in-  
volvitur. Quæ virtus ita cæli Reginam cœ-  
pit, ut vultu blandissimo CATHARINAM  
intueri sit visa, at torvis oculis socrum,  
quod vestium luxum hæc amaret. Inte-  
rim centonibus CATHARINÆ DEUS  
purpuræ splendorem non semel addi-  
dit. Romæ cum ageret, pudicitiaæ cu-  
stodem B. Sebastianum sibi legit, o-  
pemque sæpius ejus præsentem sensit.  
Gravius nihil aggressa est vel facere ipsa  
vel alteri suadere, quàm VIRGINEM An-  
geli verbis salutasset. Castigavit tamen  
MATER MAGNA clientem suam, cum præ-  
ter Brigittæ matris & virorum Religio-  
forum voluntatem, patriam cogitaret.  
Visa est enim sibi CATHARINA inter  
mundi laborantis incendia frustra opem  
à VIRGINE rogare, ni Majorum vo-  
luntati pareret, & patriam cælo postha-  
beret. Mortua est pridie VIRGINIS  
ANNUNTIATÆ, cum plures annos  
quotidie animum confessione expiasset.  
Fusus Ericus Rex suis humeris extulit.  
Cælum stellam legavit, quæ funus co-  
mitaretur. Miraris nobiles funeris cu-  
ratores? Nobiliores anima habuit, An-  
gelos. Ex Suvio.

*Vitam tuam quotidianâ discussione ex-  
amina; attende diligenter, quantum profi-  
cias, vel quantum deficias: qualis sis in  
moribus, & qualis in affectibus: quàm  
N. 2 similis.*

196 VITÆ SANCTORUM. 23. Mart.  
*similis sis Deo, vel quàm dissimilis,  
quàm propè vel quàm longè, non locorum  
intervallis, sed morum affectibus. S. Bern.  
l. Med. c. 5.*

S. OTHO CONF. 23. Martij.

**R**omæ natus OTHO Palladi primam  
ætatem devovit. A Pallade deinde  
ad Matrem transiit, utroque propitio.  
Nam & literis excultus, & armis præ-  
stans Lothario Imp. cum hic Innocen-  
tio III. Pont. contra Pseudopontificem  
auxilium ferret, ita volente, veteri Ma-  
jorum gloriæ Equitis etiam titulos adje-  
cit. Nimirum nulla adæquè calcaria vir-  
tutem extimulant, uti aurea. Quòd  
tamen DEUS sub suis signis militare  
vellet OTHONEM, ostendit quæ mun-  
dus suis stipendia numeraret. Proin dum  
pro Alexandro III. Pont. contra Frid.  
Imp. arma gerit, speratque palmas &  
triumphos, captivus carcerem ab hoc au-  
fert & vincula. Adest tamen D. Bernar-  
pus precibus vocatus, & dormientem ex  
hostium manibus non vano somnio edu-  
cit. Squalor carceris & fames longa a-  
lium vultum OTHONI induerant, ut  
facile omnes falleret. Liber ergo arma in  
se vertit, sibi bellum indixit. Locus castris  
metandis placuit Beneventum inter &  
Asculum. Sed & propugnaculum ingens  
extruxit cellam humilem; tela preces e-  
rant: